

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,  
I.U.D. & P. Ad Exequias Quas ... Hartich von der Lühe/ Marito Dilectissimo, vidua  
moestissima Hodie paratas cupit, Omnes & singulos Academiae cives Studiose  
invitat ad horam 3. in templo Iacobaeo**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77028907X>

Druck    Freier  Zugang



Kleinschmid, J.

in

H. v. d. Lühe.

Rostock, 1638.









# PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rosto-  
chiensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

Quas

Nobilissimo Viro Dn.

Hartich von der Lühe,

Marito Dilectissimo, vidua  
mœstissima

Hodiè paratas cupit,

Omnis & singulos Academiæ cives Studiosè invitat  
ad horam 3. in templo Jacobæo.



ROSTOCHIÆ

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.

BIBLIOGRAPHIA

Regio Universitatis Loto

COLLEGIUM CLERICORUM

SCHMIDTENS

UNIVERSITATIS



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ROSTOCK

ROYAL AND IMPERIAL LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ROSTOCK

Ausæ multæ videntur esse ; quæ homines ad militarem vitam atq; ordinem vocant : inter præcipuas vero apparet ipes præmiorum, in opibus & honoribus consistentium. Testatur enim Experientia quotidiana plurimos à parvis initiis profectos ad magnas opes & honores pervenisse, cum se non solum in prælio, sed quolibet officio militari, animosos, fortes, constantes, prudentes, præstutissent, ac probassent. Exempla eorum in rem præsentem vocare nihil attinet. Alios animi solius magnitudo, cum nec honore, nec opibus carerent, in militiam egit : Ibi demum putant sibi campum esse apertum, in quo fortitudinem, & prudentiam suam explicare possint, eventu autem longè diversissimo. Quidam enim assequuntur finem suum, & gloriam adepti, vel feliciter vivunt, vel honestè moriuntur: alij varia fortuna usi, mutant objecta occasione sententiam, & ex ordine turbulento in quietum, quasi ex tempestate in portum recipiunt, ac vita quicquid reliquum est, in pacato proximi amore, in conscientiæ & animi procuranda quiete, in Deo pure ac sincere colendo transiungunt. Qua in Classe fuisse videtur Nobilissimus, strenuus & fortissimus Vir Dn. Hartich von der Linhe/ cuius ortum ex antiqua nobilitate, vitam ea dignam

3001

gnām, & obitum pium, ac beatū breviter perstrin-  
gemus. Natus est ex patre Viro Nobilissimo & stren-  
nuo DN. Hartich von der Lühe / p. m. hæreditario  
in Varenhop & Telfow / & matre Nobilissima pieta-  
te & virtute ornatissima fœmina ANN. Negendank  
zu Eggerstorff. Avus ei fuit paternus Otho von der  
Lühe / hæreditarius in Varenhop / Telfow / & Liepen.  
Avia paterna SOPHIA von Bülow zum Trempe.  
Proavus paternus CLAUS von der Lühe, hæreditar-  
ius in Telfow vnd Varenhop / Proavia materna  
ANNA Dribergen zum Sprenz. Proavus alter pa-  
ternus Heinrich von Bülow zu Trempe. Altera pro-  
avia paterna SOPHIA von Bülow / ex Pomerania. Cæ-  
teri majores lineæ paternæ sunt 1. Die Behren vom  
Hause Nussew / 2. Die Wozken zu Tschkow / 3. Die  
Linstorpen zu Linstow / 4. Die Wakeniken von der  
Kleffenow. Sequitur maternæ lineæ series. Mater-  
nus igitur Avus ei fuit Nobilissimus & strenuus Vit-  
Pasche Negendank / hæreditarius in Eggerstorff.  
Avia materna fœmina Nobilissima DOROTHEA  
von Bülow / Proavus maternus JOCHIN Negen-  
dank / hæreditarius in Eggerstorff vnd Sirow / Pro-  
avia materna CATHERINA von Alsfelden vñ Pod-  
kam. Alter proavus maternus Hartich von Bülow /  
hæreditarius in Poerent / Wehnendorff / Holz vnd  
Hintorff. Altera proavia materna ANNA von Par-  
fentij von Zechern. Cæteri majores lineæ maternæ  
sunt

sunt 1. Die von Rantzowen de domo Giggen. 2. die  
von Plessen von Damshagen 3. Die Schütteten von  
München/Nepperstorff/ 4. Die von Ahnsfelde von  
Boderkamb. Ex his majoribus antiqua nobilitate  
& virtute pollutissimis natus est hic noster piè de-  
functus anno 1600. mense Junio, paucisq; diebus  
post Redemptori ac Servatori nostro JESU CHRISTO  
per baptismum insertus est, & crescente paulatim  
ætate, parentum sedula opera, pietatis & virtutis  
initia percepit, quæ postea diligenti magistrorum,  
institutione creuerunt, & futuris actionibus viam  
præpararunt. Anno ætatis undecimo Lichtenber-  
dam deductus est ad Celsissimam Electoralem vi-  
duam, quæ ex affectu gratiose, & clementia singu-  
lari, eum deinceps Illustriss. & Celsiss. Dn. LUDÖICO  
Hassia Darmstatiensi commendavit qui eum prin-  
cipi filio Dn. LANDGRAVIO GEORGIO rerum hoc tem-  
pore potenti principi pro nobili puero adjunxit:  
atq; ita ab utroq; principe Patre, & filio gratiose ha-  
bitus ac dilectus fuit: idq; vel hoc argumento li-  
quet, quod ipse Dn. LANDGRAVIUS parens ad sua  
ministeria eum reduxerit, ac principibus filiis ad  
regna extera mittendis adjunixerit. Accepit condi-  
tionem clementer oblatam hic noster, & ea occa-  
sione comes itineris Hispaniam & Galliam perlu-  
stravit, exoticas linguas didicit, virtutibus homi-  
nem nobilem ornatis operam dedit, atq; ita se

hoc in officio gessit ad annos undecimi, ut tandem clementer ab Illustriss. principe dimissionem impletararet, ac militarem vitam sectari eligeret. Et quidē ad partes Unionis eo tempore institutæ se receperat, quæ cum per transactionem & compositionem sublata esset, armis depositis, in patriam reversus est anno 1622. Verū sequenti Vigesimo quarto, ad Cæsar's copias, quæ in Bohemia eo tempore erant, se contulit, & sub Illustriss ac Celsiss. Principe ADOLPHO Holsatiæ Duce militavit, nec nisi dimissis copiis illis inde discéssit. Anno 1625. cum inter Hispaniæ & Galliæ reges bellum in Italia exarsisset, mensæ Martio, Hispanorum vexilla non tam secutus est, quam ipse sub CHRISTIANO von Sloß Duce vexillum gessit usq; ad annum 1627. quo mensæ Julio istæ copiæ dimissæ sunt, & fortissimam suo duci operam navavit, fidem ei suam & prudentiā aliasq; virtutes viro militari convenientes ita approbavit, ut superiores magno cum in pretio haberent, cæteri vero amarent atq; colerent. Nec interea tamen à morborum violentia immunis fuit, licet in primis cura ac providentia divina, deinde medicorum opera valetudinem ac vires recuperaverit, ac dimissis copiis in Germaniam superiorum sospes atq; incolumis reversus fuerit. Conscribebatur iterum eo tempore miles pro Cæsare: hac noster occasione utendū ratus, operam suam addixit Dno. WULFF Comiti Mans.

Mansfeldio, Duci Cæsareo, ubi inter prætorianos  
iterum signifer fuit, usq; ad mensem Februarium,  
Anni 1628. quo istæ quoq; copiæ dimissæ sunt. Ve-  
rum sequenti mense isferum ab eodem comite &  
Generali aliæ copiæ conscriptæ sunt ijsdem cæsar is  
auspiciis, & in ijs huic nostro vexillum tertia vice  
commendatum est, usq; ad mensem Julium, quo  
hæ quoq; copiæ ab comite COLALDO solutæ ac Es-  
lingæ in superiori Germania dimissæ sunt. Proxi-  
mo isto quadriennio senserat noster piè defunctus  
varias corporis ægritudines, & metuebat majores.  
Cū ergo videret belli ratione variè mutari, & quo-  
tidie intendi, anno illo in patriā sibi revertendū pu-  
tavit, & vitæ quietæ studendū. Licet enim à prima-  
riis tribunis ac Ducibus, cæsar is partes sequentib;,  
ad cōditiones, ac officia luculenta invitaretur, ob-  
sequi tamē, & oblatæ accipere noluit, cū animad-  
verteret religionis causam eo bello agi, cui extin-  
guendæ, & subditis opprimendis opera daretur. I-  
taq; Anno 1630. paterna sibi prædia conciliavit,  
& matrimonium contraxit, cum Nobilissima, Le-  
gissima, Præstantissimaq; Virgine SOPHIA ELISA-  
BETHA Bluchers, Nobiliss. ac strenui Viri A N T O-  
NII Bluchers filia, eamq; mense Decembri domum  
duxit, & cum ea placidè, quietè, & summa animo-  
rum conjunctio ue usq; ad hunc vitæ finem vixit.  
Pauci quidem anni sunt, quos hoc in conjugio de-  
git

git, sed ita tamen degit, ut suæ vocationis partes si-  
deliter obierit, seduloq; divinam in eo benedictio-  
nem impetrarit, summa comitate, & integritat  
aptid quævis usus fuerit, pacem cum vicinis co-  
luerit, atq; ita memoriam honesti nominis immor-  
talem invenerit: in pauperes quoq; & egenos li-  
beralis, nemini suos rivulos denegabat, subditis  
benevolentiam planè paternam exhibebat, adeo  
ut qui ex iis adhuc superstites vivunt, non sine lu-  
ctu, & copiosis lachrymis obitum ejus deplorent:  
Erga Pastorē Ecclesiæ admodum erat munis & be-  
neficus. Regnum Dei ante omnia quærebat, præ-  
dicationem Verbi divini libenter audiebat, conci-  
onem, quamdiu per valetudinem licebat, nullam  
negligebat, precibus publicis, privatis vacabat  
semper, sacra synaxi quotannis ad minimum qua-  
ter utebatur; sed hæc omnia non sine cruce, & ca-  
lamitate, quam hæc tempora attulerunt, dum tri-  
buta multa & gravia conferre coactus est, quæ ta-  
men ut poenam peccatis nostris debitam patienter  
tulit, ac Deum ex animo rogavit, ut iram suam cle-  
menter vellet mitigare, & pacem optatissimam a-  
liquando restituere. Anno 1636. periculum af-  
fectum nactus, in crurum commissura sive patella,  
quæ curādo essent studiosè procuravit, primò pre-  
ceps ipse ad Deum fudit, deinde publicam Ecclesiæ  
intercessionem usurpavit, deniq; Medicorum &  
Chi-

Chirūrgōrum peritissimōrum consilium & auxiliū  
requisivit, nō sine magnis expensis, & sumptibus.  
Quæ omnia ut eo rectius procederent, tum,  
quia s̄avientis belli necessitas ita postulabat Anno  
1637. in hanc urbem se recepit, & fortunam sibi di-  
vinitus immis̄am Christiana patientia & heroica  
constantia tulit, spem suam in Deo, & merito Ser-  
vatoris pretiosissimo collocavit, eamq; fiduciam  
concepit, fore ut Clementissimus Deus juxta pro-  
missionem suam tibi onus non imponeret graviq;  
quam cui ferendo esset, quin potius imposito le-  
varet, & omni molestia liberaret. Nec certè spe  
sua excidit, cum enim corporis vires paulatim de-  
crescerent, dolores vero augerentur, eo magis cre-  
vit, aucta q; est ejus patientia, fides, constantia, ut  
ad pium ex hac vita discessum se magis magisq;  
præpararet, die 6. Januarij hoc anno pastorem or-  
dinariū ad se vocavit, concionem ut sibi de cum-  
benti haberet, rogavit, ei q; concionanti attentissi-  
mam operam dedit, à quo sacram synaxin celebrā-  
te verum corpus, & sanguinem Servatoris J e s u  
CHRISTI per veram fidem accepit. Quo negotio  
devotè peracto, cum vis morbi etiam atq; etiam  
cresceret, vires minuerentur, in lecto compositus  
ex imo corde ad Deum suspiravit, his ferè vocibus

B

usus

211512

usus, DOMINE JESU CHRISTE juva me, in superando,  
in ferendo, tempora auxilio oportuna tibi cognita sunt, sedulo tu ac fideliter nobiscum agis; omnis  
in te fiducia nobis reposita est. Haec ipse repetebat  
simul gemit reliquorū, & preces ad Deum attente  
audiebat, & eorum ope Dei opem implorata provoca-  
bat. Nec sanè frustra fuit haec piorum hominum  
opera, nec diu desiderata fuit adjuvantis Dei præ-  
sentia: siquidem eo ipso die inter decimam & un-  
decimam vespertinam, quasi ad placidum somnu-  
se compositurus absq; ullo signo doloris, absq;  
motu, piè & beatè mortuus exspiravit, Servator &  
Redemptor noster JESUS CHRISTUS & ipsum, & o-  
mnes in vera fide ex hac vita discedentes ad vitam  
æternam exciter, ejusq; coronam in cætu electorū  
triumphantे omnibus imponat. Numquid igitur  
non satis liquet, Deo dilectum fuisse hunc virum,  
qui cum videret plurima in bello fieri, quæ Dei ve-  
rum timorem vix admitterent, cum dilectione pro-  
ximi adversa fronte pugnarent, conscientiam in-  
quietam redderent, oblata occasione fuerit usus,  
genus vitæ mutarit, & ex turbulentio, in placidum,  
ac tranquillum se receperit? Ut igitur ipsum beatū  
prædicamus, ita cæteros iudicio suo relinquimus,  
qui quacunq; ex causa in cognatam societatem ge-  
neris

nēris humani ferro & igni graffantur, loca cultissima, & frequentissima in solitudinem redigunt, ad vitā necessitates alimenta necessaria quae sunt non tantum ut Harpyæ foedissimo contactu violata rapiunt, sed ne superstites deinceps habeant, unde vivere possint in humaniter prohibent, jumenta abigunt, colonos occidunt, cœlo etiam interdicturi, ne pluat, si possent. Sed ad mœstissimam hoc dilectissimi viri obitu viduam conversi, Deum omnis consolationis fontem rogamus, ut gratiam Spiritus sancti efficaciter consolantem, & ipsi & cæteris largiri velit, qui dolorem ex hoc discessu percipiunt; agnoscant illi paternam Dei providentiam, agnoscant voluntatem semper bonam, sapè mirabilem: causas occultas ne curiose scrutemur, apertas probemus. Etsi enim videatur viro numeranti annos ætatis cum seculi annis, plurimū superfluisse ad vivendum, tamen luctuosa præsentis vitæ facies, talis est, ut feliciorem prædicare cogamus, qui piè vixit, beatcq; moritur, quam qui diutius videndo, multa non tantum videret, quæ videre, sed & sentit, & patitur, quæ sentire, & pati nollet. Sed alios & plures consolationis fontes aperient e sacra scriptura, qui præcipue hoc agunt. Nostrī officii fuerit Cives Academicī, nostris partibus va-

care

care, & exspectationi Nobilissimæ cognationis;  
præcipuè tristissimæ viduæ de nobis conceptæ re-  
spondere ac satisfacere. Faciemus autem si hora 3,  
in Templo Jacobæ ad exsequias ornandas fre-  
quentes conveniamus, id quod omnes & singulos,  
quo par est studio rogatos, ac monitos volo

P. P. Rostochij 1638. 17. April. sub Sigillo  
Rectoratus.












nieris humani ferro & igni grasse  
ma, & frequentissima in solitudine  
vitæ necessitates alimenta neceli  
tantum ut Harpyæ fœdissimo cœ-  
piunt, sed ne superstites deinceps  
vere possint in humaniter prohibi-  
gunt, colonos occidunt, cœlo  
ne pluat, si possent. Sed ad mo-  
lectissimi viri obitu viduam co-  
mnis consolationis fontem rogant  
Spiritus sancti efficaciter conser-  
& cæteris largiri velit, qui di-  
cessu percipiunt; agnoscant illi  
videntiam, agnoscant voluntate  
sæpè mirabilem: causas occultas  
mur, apertas probemus. Etsi e-  
numeranti annos ætatis cum secundum  
superfuisse ad vivendum, tamen  
vitæ facies, talis est, ut felicioren-  
mus, qui piè vixit, beatq; morit  
tius videndo, multa non tantum  
sed & sentit, & patitur, quæ sentit.  
Sed alios & plures consolationis  
sacra scriptura, qui præcipue huius  
officii fuerit Cives Academici, ne



a cultissima  
gunt, ad  
unt non  
olata ra-  
unde vi-  
lenta ab-  
rdicturi,  
hoc di-  
Deum o-  
ratiam  
& ipsi  
hoc dis-  
Dei pro-  
bonam,  
e scrute-  
tur viro  
olurimū  
ræsentis  
coga-  
qui diu-  
e videre,  
i nollet.  
erient e  
Nostris  
bus va-  
care